



D. Martin Luthers
 Wie er A. 1506 Als ein Mönch im Augustiner Kloster zu Erfurth anzusehen gewesen.

Hic prope Martini rursus uictura Lutheri,
 In paruo tumulo molliter ossa cubant,
 Que prius horrendis errorum pressa tenebris,
 Atq; operum obscura nube sepulta fuit:
 Hoc monstrante iterum patefacta est gratia Christi,
 Queq; Deo acceptos nos facit esse fides.
 Namq; superstilio cum Regnum ceca teneret,
 Et premeret longo dogmata uera situ.
 Ille Dei adflatu monitus uerboq; uocatus,
 Lucem Euangelij sparsit in orbe nouam.
 Instructusq; tuba, Pauline & fulmine lingue,
 Exploso cepit uera docere dolo.
 Utq; Agnum in media Baptista ostendit cremo,
 Qui pia pro populi uictima labe foret:
 Sic quoq; monstrauit te maxime Christe Lutherus,
 Cum totus tenebris obrutus orbis erat.
 Et legis tabula, quas in Smaide Moses
 Allisas fregit rupe, Propheta Dei.
 Quid distent Euangelio, quod pectora sanat
 Conscia que culpæ, terruit ira Dei.
 Hoc prius amissum discrimen reddidit orbi.
 Essent ut Christi munera nota magis.
 Arguit Assonij fraudes ac impia regna
 Pontificis, populo que nocuere Dei.

Pollutasq; monens uitare idola per aras,
 Ad uerum adduxit corda leuata Deum,
 Magnanimusq; Deo cursum seruante peregit,
 Insidias contra multiplicesq; minas,
 Tandem ex hac uita tranquilla morte uocatus,
 Ardua propitio uenit ad astra Deo.
 Sentit ubi coram scelicia gaudia Christo,
 Veraq; post obitum premia uiuus habet.
 Grata Deo tanto sit pro Doctore futura
 Aetas, que Christi dogmata uera sciet.
 Atq; oret precibus Deus hanc, quam præbuit orbi,
 Lucem Euangelij seruet ut ipse sui.

ANNVS NATIUITATIS
 1483.

PRODIS VBI LVCI LVthere Propheta SVB oras,
 ACCIPIT hybernis PLelaDa Tethis aqVIS.

ANNVS OBITVS
 1546.

FALCe feroX seCat Vt LaChesIs sVa sILa LVthero,
 Post IDVs FebrVI qVInta erat orta Dies.
 IOS. à Pinn.

1557.